



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

S. Vincentii Lerinensis Galli, Libellus Verè Avreus Adversus profanas Hæreseōn novationes

Vincentius <Lerinensis>

Coloniae, 1652

Magnoperè curandum esse, ut id teneamus, quod ubique, quod semper,
quod ab omnibus creditum est. Caput III.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55177](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55177)

Novatianus, aliter Photinus, aliter Sabellius, aliter Donatus exponit aliter Arrius, Eunomius, Macedonius, aliter Apollinaris, Priscillianus, aliter Jovinianus, Pelagius, Celestius. aliter postremo Nestorius. Atque idcirco multum necesse est, propter tantos tam varii erroris antea etus, ut Propheticae & Apostolicae interpretationis linea secundum Ecclesiastici & Catholici sensus normam dirigatur.

Magnoperè curandum esse, ut id tenemus, quod ubique, quod semper, quod ab omnibus creditum est.

CAPUT III.

In ipsa item Catholica Ecclesia magnoperè curandum est, ut id tenemus, quod ubique, quod semper, quod ab omnibus creditum est, hoc est etenim verè proprieque Catholica cum quod ipsa vis nominis ratioque declarat, quæ omnia verè universaliter comprehendit, sed hoc ita demùm fit: si sequamur Universalem

tatem, antiquitatem, consensionem.
 Sequemur autem Universitatem
 hoc modo si hanc unam fidem ve-
 ram esse fateamur, quam tota per
 orbem terrarum confitetur Ecclesia
 Antiquitatem verò ita; si ab his nul-
 latenus sensibus recedamus, quos
 sanctos Majores ac Patres nostros
 celebrasse manifestum est: consen-
 sionem quoque itidem, si in ipsa ve-
 rustate, omnium, vel certè penè o-
 mnium Sacerdotum pariter & Ma-
 gistrorum definitiones, sententias-
 que lectemur.

CAPUT IV.

Quid igitur faciet Christianus
 Catholicus, si se aliqua Ecclesiae
 particula ab universalis fidei com-
 munionem præciderit? Quid utiq; nisi
 ut pestifero corruptoque membro,
 sanitatem universi corporis antepo-
 nat? Quid si novella aliqua contagio
 non jam portiunculam tantum, sed
 totam pariter Ecclesiam commacu-
 lare conetur? Tunc item provide-
 bit, ut antiquitati inhaereat: quæ
 A 4 prorsus